

05 A 2487

05  
A  
2487









59 (ZA)  
5  
Q. B. V.

ECLOGA EVANGELICA  
AD EVANG. DOM. X.  
POST TRINITAT.

Quam

SUBPRÆSIDIO

JO. FRID. MAYERI,  
S. TH. DOCT. PROF. P. ALU-  
MNORUM ELECTORAL. EPHORI ET TEM-  
PLI OO. SS. PRÆPOS. SUBSTITUTI

*sententiarum collationi subjiciet*

M. JOHAN. BURCKHARDUS ÜBELIUS,  
Wiserhensis Francus.

d. XIV. Augusti in Auditor. Theol.  
H. VIII. L. Q. C.

WITTENBERGÆ,

Imprimebat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.  
ANNO MDCLXXVI.



ECLOGA EVANGELICA  
AD EVANG. G. DOM. X.  
POST TRINITAT.

IO. FRID. MAIERI  
2. TH. DOCT. P. R. ALU.  
MINORUM ELECTORAL. ETHON. ET TEM.

M. JOHANN. BIERCKHARDUS URBELLUS  
Wittenbergensis  
in auct. Nicol.  
H. VII. L. G.  
Impressor MATTHIAS HENCKELIUS. Act. Typog.  
Anno 1687. LXXVII.







## JESU FORTUNANTE!

Tit. I.

### Lachrymæ DEI ex sententia Judeorum.

**L**ta de DEO Synagogæ Christianus Gerson in Talmud. Jud. Lib. I. cap. 6. Was die Jüden für einen Gott haben/dem sie dienen p. 40. die dritte Eigenschaft die der Jüden Gott haben soll/ ist diese/das er jämmerlich weynet/ Dann es schreibt der Thalmud/ Gott hat einen besondern Ort/ der heist das heimliche/ oder das verborgene Gemach/ darein gehet er/ und weynet umb den Schmuck Israelis/ welchen die Völker von ihnen genommen haben. Und hat dieser Gott zum ersten mal geweinet/ wie die Rabinen zeugen/ als sein guter Freund und getreuer Diener Moses gestorben war.

Darnach/ als er gesehen hatte/das die Feinde seinen heiligen Tempel so jämmerlich verdorben und verbrannt hatten/ hatte er auch bitterlich geweinet/ und gesprochen: Wehe mir/ was hab ich gethan? Ich hatte erslich meine Gegenwart unter den Kindern Israel/ und bin nun von ihnen gewichen/ Darumb werde ich nunmehr allen Völkern/ und allen Creaturen ein Spott seyn müssen. Als aber der Engel Mattatron diese Klage hörte/ fiel er vor dem HERRN nieder und sprach/ ach Herr weine du nicht/ ich wil weinen/ da antwortet ihm der Herr/ und sprach/wilstu mich hie nicht weynen lassen/ so wil ich in mein heimlich Gemach gehen/ da ich ihnen zu weynen pflege/ da darffstu nicht hinkommen/ wie geschrieben stehet: Wollet ihr aber solches

ches



ches nicht hören / so muß meine Seele doch heimlich weynen. Und ist der HErr mit seinen Engeln hingangen den Schaden zu besehen / und hat also geklaget: Wehe mir wegen meines Hauses / O meine Kinder / wo seyd ihr? Meine Priester / wo seyd ihr? meine Freunde / wo seyd ihr? Darnach hat er die Erzväter / Abraham / Isaac / Jacob und Mosen von den Todten aufferwecken lassen / und ist mit ihnen umb Jerusalem her / von einem Thor zum andern gangen / und gesprochen: Wehe dem König / der in seiner Jugend gut Glück / und in seinem Alter kein Glück hat. Nach diesem hat er die Engel gefragt / und zu ihnen gesprochen: Wam einem König / der Fleisch und Blut an sich hat / ein Kind stirbt / womit pflegt er seine Traurigkeit an Tag zu geben? Die Engel sprachen / Er hengeret einen Sack vor seine Thür / thut das Licht auß / und sitzt im Finstern / verändert sein Lager / zeuhet die Schuch auß / und gehet barfuß / zerreißt seine Kleider / setzt sich nieder / und redet nichts / Endlich fengt er auch an zu weynen. Der HErr Zebaoth wird zu der Zeit ruffen lassen / daß man weyne und klage / und sich beschäre / und Säck anziehe.

Ferner schreibet der Thalmud / Die Nacht wird in den drey Wachten getheilet / und in allen dreyen sitzt Gott der HErr und weheklaget / ruffet wie ein brüllender Löwe / und spricht: Wehe meinen Kindern / dieweil ich irenthalben mein Haus verwüßtet / meinen Tempel verbrennet / und sie unter die Völcker vertriebene habe / wie geschrieben stehet / Der HErr wird brüllen auff der Höhe / und seine Stimme hören lassen aus seiner Heiligen Wohnung. Ja / schreiben die Rabinen / der HErr klagt täglich / wie geschrieben steht / darumb weine ich so / und meine Augen fließen mit Wasser.

Auch hatte sich der Prophet Elias dem Rabbi Josæ of-  
fen-



fenbahret / und zu ihm gesagt / so oft als die Juden in ihrer  
Kirch oder Synagogen beten / so wincke Gott mit seinem  
Haupt / als wolt er Amen sagen / und spricht / wie selig ist der  
König / den man also in seinem Hause lobet. Was hette aber  
wol / so ein Vater verschuldet / welcher seine Kinder / die ihn so  
loben / ins Elend gesagt hat? Auch zeuget der Thalmud / Gott  
habe den R. Ismael gebeten / und von ihm begeret / er solte doch  
einen Segen über ihn sprechen / welches er auch gethan habe /  
und sey dem lieben Gott sehr angenehm gewesen. Und an ei-  
nen andern Ort schreibet der Thalmud / so oft als Gott da-  
ran gedenckt / daß seine Kinder so im Elend seyn / läßt er zweene  
Thränen ins Meer fallen / welches man von einem Ende der  
Welt / bis zum andern hören kan.

Alias lachrymarum DEI causas allegat Tractatus Tal-  
mudicus *Chagiga* fol. 5, 21. Et in domibus exterioribus non  
fuerit ploratus apud Deum? Atque scribitur, Es. 22. V. 12.  
*Et vocavit Dominus Deus in die isto ad fletum, & ad plan-*  
*ctum, & ad calvitium, & ad accinctionem sacci.* Respon-  
deo, diversum facere devastationem sanctuarii: quia vel  
etiam Angeli pacis plorarunt: nam dicitur Es. 33. v. 7.  
*Ecce praevalidi eorum clamaverunt foris: Angeli pacis amare*  
*plorabunt* Jer. 13. V. 17. *Et lachrymando lachrymabitur, &*  
*descendet oculus meus lachrymis: quia captivus abductus*  
*est Grex Domini.* Dixit R. Eleasar: Triplex ille lachry-  
mandi actus quorsum! Unus propter sanctuarium primum.  
Secundus propter sanctuarium secundum. Tertius au-  
tem propter Israëlitas, qui in exilium migrarunt è loco suo.  
Sunt vero, qui dicunt; tertium esse propter abolitionem  
legis. In pace, (extra controversiam) est; secundum  
eum, qui dixit; propter Israëlitas, qui in exilium migra-  
runt



ECLOG. AD EVANGEL.

runt, hoc ipsum esse, quod scribitur: *quia captivus abductus est Grex Domini*. Sed, secundum eum, qui dixit; propter abolitionem legis, quid est; *quia captivus abductus est grex Domini*? scilicet, postquam in exilium migrarunt Israëlitæ à loco suo, non reperias abolitionem legis majorem hâc. Tradiderunt Rabbini: Propter tres Deus Opt. Max. plorat quotidie: (1) propter eum, qui posset studere in lege, & non studet (2) propter eum, cui impossibile est studere in lege, & studet (3) propter gubernatorem, qui se effert super coetum. *Hactenus Talmud*. Consentiant Judaizantes Muhammedani qui Deum usq; ad oculorum dolorem ob Noachi diluvium plorantem suis proponunt conf. *Eduard. Pocock* in notis ad Historiam Arab. Abal. Tarai p. 216. Enimvero Deus ἄσπερον<sup>α</sup> plorans, blasphemia nobis est. DEUS ἐνσπερον<sup>α</sup> lachrymarum imbres in statu exinanitionis profundens evangelica veritas, quod notamus adversus illos quibus flere indignum Christo videbatur, propterea etextu sacro ἐκλαύσει<sup>α</sup> αὐτή, quos recte *Grotius* in h. l. homines temerarios & delicatos vocat.

Tit. II.

*Lachrymæ Messiae Judaici.*

Inter lacrymas & Suspiria Messiam Judæorum in Paradiso vitam trahere, quod peccata gentis suæ adventum ipsius differant, svave recutitorum somnium est. Accipe quæ sub finem libri *Schebtide halleket* fol. LV. ex ore R. Josuæ referunt, quem locum Incomparabili *Dn. D. Carpzovio* Prof. Theol. Lips. debemus in notis ad *Schickardi* Jus Reg. Hebræor. p. 475. & *Concion. Funebr.* P. I. p. 37. Cum audiret R. Josua ex mortis angelo ad ipsum misse, quod moriens



riendum sibi esset, ita ad eum, rogo te inquit, ut ostendas mihi locum meum mihi post mortem in paradiso paratum. Cui ille veni mecum & ostendam tibi. Sed R. Josua ad eum, da mihi, inquit, gladium tuum, ne me forte illo terreas, dedit ergo & hunc illi atque sic ambo processerunt, donec ad muros paradisi pervenirent. Cum autem eo pervenissent, & extra murum adhuc consisterent, sumit angelus mortis R. Josuam eumque in altum tollit, & muro imponit Paradisi: Vide nunc, inquit, locum tuum in hoc horto. Statim subsiliit R. Josua ben Levi de muro, & in Paradisum cecidit; & apprehendit quidem angelus mortis oram Pallii ejus, aitque, exi inde; sed jurabat R. Josua per Deum quod non esset inde exiturus, neque tamen Angelo illuc ingredi licitum erat &c. Ibi ergo R. Josua omnem conditionem paradisi, & cuncta ejus conclavia perlustrabat. In primo offendebat proselytos justitia, sub praefectura Obadia justus, in secundo peccatores per poenitentiam conversos sub praefectura Manassis filii Hiskia. In tertio Abramum, Isaacum, Jacobum omnesque Israelitas, qui olim ex Aegypto exierant, qui in deserto obierant, & omnes Davidis liberos, excepto Absalomo, Davidem ipsum & Salomonem, atque omnes Reges Juda, praeter Manassem Hiskia filium, ut pote poenitentibus in secundo clavi praefectum; praerat autem his Moses & Aaron. In quarto conclavi reperit perfecte justos & fideles: in quinto omnium splendidissimo Messiam filium Davidis & Eliam: in sexto mortuos in via praecipi, in septimo denique mortuos aegritudine propter Israelitarum iniquitates. Singula haec conclavia operose describit, in primis quintum Messiam, & Eliam proprium, cujus magnificentiam, postquam mirifice depraedicasset, addit: Elias autem Messiam caput blande apprehendens



## ECLOGA AD EVANGEL.

dens in sinum suum placide deponit, atq; ad eum, bono, inquit, animo esto, nam terminus prope est. Patriarchæ etiam & omnes tribus, Mosesq; & Aaron & David atq; Salomon ac singuli denique Reges Israelitici & Davidici, quolibet die secundo & quinto, singulisq; Sabbathis, ac festis diebus ad eum veniunt, cumq; eo silentes tandem animum addunt, sic eum affati: quiesce modo O Messia, & innitere creatori tuo, nam terminus adventus tui propinquus est. Quin etiam Korab & congregatio ejus, ac Datham atq; Abiram, & Absolon ad eum quolibet die in hebdomada quarto accedunt, & querunt ex eo, quandonam erit terminus purgatorii nostri? & quando nos iterum vitæ restitues, atq; ex his terræ abyssis reduces? quibus ille: abite, ait, ad patres vestros eosq; rogate, quo audito pudore suffusi, patres rogatum non accedunt. Quid plura? Ego autem, inquit, R. Josua cum pervenissem ad Mesiam, quesivit ex me, atq; ita dixit, quid faciunt Israelitæ in mundo, è quo huc advenisti, cui respondi: anxie te quotidie præstolantur; tunc ille statim in lacrymas & ejulatum solvebatur. Ita duo mala facit Israël, verum Mesiam dereliquerunt fontem vitæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas quæ continere non valent aquas Jer. II. 13.

Tit. III.

### *Historiâ Excidii Hierosolymitani.*

Is equidem non sum qui Ecclesiæ turbare intendat pacem. Veritati tamen & illud debeo obsequium ut quæ huic non respondeant, ingenue exponam. Dicam itaq; libere, historiam illam, quæ de Excidio Hierosolymitano è suggestu sacro in Concione prælegitur, plurimis fabulis refertam esse oppidò videri verisimile. Quod enim veri



à Hegesippastro Josephi interpolatore, quando Josephum deserit, suaque vendit, expectabis ex cuius lacunis historia illa ut plurimum hausta, scriptore sublestæ fidei, & cui parum fuit sub Egesippi nomine lectorem decipere suum. Non me latet quantæ autoritatis genuinus sit Hegesippus qui ætatem Apostolorum propè attingebat, cuius magna cum laudis præfatione Photius Biblioth. Cod. 232. meminit, Eusebius allegat. At alium planè & recentiorum hunc esse hominem impostorem Josephus Scaliger probat in Animadvers. ad Eusebii Chronicon ad ann. MDCCCL. sum. 141. *Supposititius ille Hegesippus auctor infirmæ vetustatis qui sincerum vas Josephi incrustavit, non contentus verbis Josephi (hoc facit non raro, ut videatur aliquid novi adferre) ita hæc recenset: atque inspexit lucernam, & mensam & thymiamata, & tabulas testamenti, superque eas Cherubim & multitudinem aromatum dispersam & sacra pecuniæ talenta duo millia, in quibus quum plurimum auri esset, integer tamen ab omni cupiditate vel ipsa vel si qua sacrorum vasorum inventa sunt intacta servari præcepit. Voluit plus quam Josephus dicere, quasi habuerit Acta ipsius Pompei, quæ Josephus non viderit, in quibus si diis placet, Arcam testamenti & Cherubim invenerit. Et tamen quidam hunc auctorem legunt, tanquam Josephum: Imo quæ Josephus non habet, & sunt apud hunc, à Josepho omissa potius, quam ab hoc ficta esse putant. Nos ideo produximus ejus verba, non sane quod illis indigeamus ad Pompei modestiam & continentiam demonstrandam, sed ut ejus scriptoris confidentiam aperiremus, qui non veretur pannos suos purpure Josephi assuere. Neque id diffitentur ipsi etiam Pontificii Baronius, T. II. Annad. Ann. 167. n. 15. Feruntur Hegesippi nomine commentarii de Excidio Hierosolymitano & ad ipsos apposita anacephalæsis: sed alterius planè auctoris est opus qui (ut alias diximus) post tempora Constantini floruerit. Eadem hæbet Labbe Jesuita de Scriptoribus Eccles. p. m. 419 420. Circumferuntur præfixo Hegesippi) quem ex Josippo formatum quidam*



## ECLOGA AD EVANG.

dam suspicantur) nomine, Libri quinq; de bello Judaico & excidio urbis Hierosolymitane sub Tito Vespasiani Imperat: filio, quos lectos eum historia Patrum à Laurentio Burreo editos, nec non Bibliothecis Veterum Patrum insertos à Margarino Bignao: seorsim quoq; cum Cornelii Gualtheri Gandensis tum aliorum opera vulgatos reperiet. De his autem hæc paucis accipe. Errare, qui cum Hegesippi libris quinq; Actuum Apostolicorum confundant: in iis enim non res Ecclesie tractantur, sed de gestis duntaxat Judæorum agitur à temporibus Macchabaorum usq; ad ruinam Urbis templiq; sancti, & in plerisq; purum putum Josephi Judæi compendium est. Adde quod, ut mox dicemus, hic Pseudo-Hegesippus post Constantini temporavixisse convincitur. Non improbabilem videri Johannis Friderici Gronovii & quorundam aliorum conjecturam, qui S. Ambrosium auctorem illorum librorum censent, (neq; enim verisimile est, quod tum Salmerone nostro quodam scripserunt, fuisse tantum ex Græco sermone interpretem) aut certe fatendum illum, quisquis tandem est, Pseudo-Hegesippum eadem cū Ambrosio etate vixisse, ejus verba ac sententias studiosissima emulatione sublegisse. Nec enim ovum ovo similis. Postea quod mireris plagii Miram Pontifi jura scriptorem postulat quod nulla Vosii mentione facta ipsum ex scripserit & affirmaverit circa annum 1668. demum floruisse Hegesippum illum. Conf. plura de Hegesippo apud Job. Frid. Gronovium Observatorum in scriptoribus Ecclesiasticis toto c. XVI. p. m. 165. seqq.

Tit. IV.

### Dies fatalis Judæorum.

Dies quosdam regnis atq; familiis fatales esse ita ut quæ in illis gerenda suscipiant infelices sortiantur exitus humana credidit superstitio, cui Plutarchus in Camillo exemplis adfuit. Refert hujusmodi dies paulo prolixius Piccartus Observat. Dec. V. C. VI. Loca & tempora fatalia quibusdam fuisse notatum Historicis p. 245. & in Compendio Philippus Caroli in Triga solocismorum Politicorum B. 5. Romanis exitiosus XIII. Februarii & XIX. Julii. teste Ovidio, & Livio. Bohemis dies Rusi, qui incidit in XXV. Septemb. quo tres successive Bohemia Reges perierunt. Magdeburgensibus fatalem esse diem Mauritiæ triplici strage, referunt ejus Historia Scriprores



ptores. Annotatum & Saxonice domui periculosam esse Dominic. Misericordias Domini, quæ est secunda à festo Paschatis exclusivæ: fuit ea dies captivitatis Job. Friderici II. Saxonie Ducis: quæ eadem die ac pene hora ante XX. annos Job. Fridericus Elector Principis Parens apud Mulbergam à Carolo V. victus, Captusque est Eandem Judæis hæsisse opinionem ex Tract. Eradein fol. II. & Taarit fol. 29. patet, ubi sequentia habentur: R. Jose ait: Eventus prosperi (qui mortalibus accidere debent) derivantur in diem ipsis faustum, cladesq; in diem illis fatalem, (Ejus rei templum Hierosolymitanum exemplum luculentum præbet) Primi enim à Salomone conditi destructio incidit in nonum diem mensis Ab, finem Sabbathi, finemq; heptæridos, & Ephemeriam tebejaribi. Stabant tunc Levitæ officio fungentes, cantantesq; Quid vero cecinerit, scilicet ex Ps. XCIV. v. ult. & convertit contra eos iniquitatem ipsorum & malitia ipsorum exscindit ipsos. Atq; priusquam subjiciendo absolvere poterant, exscindet ipsos Dominus Deus noster. Impetum facientes hostes, templum occuparunt. Omnes hæ circumstantia, ita pariter acciderunt cum secundum templum vastaretur.

Tit. V.

### Irritum Hierosolymas reparandi studium.

Everfa est Jerusalem à Tito, postea videtur rursus aliquo modo exadificata. Nam ut D. Hieronym. ait ab Adriano Cesare rursus est incensa Ezech. 14. Post quinquaginta (inquit) annos sub Adriano civitas aeterno igne consumta est. It. Ezech. cap. 5. Post quinquaginta annos sub Aelio Adriano usq; ad solum incensa civitas atq; deleta est, ita ut pristinum quodq; nomen amiserit; &c. Incendit illam Aelius Adrianus Imperator, rursusq; exadificavit, & à suo nomine Aeliam nominavit, teste eodem Hieronymo in Epitaphio Paulæ cap. 3. Hierusalem (inquit) ab Aelio Adriano de ruinis & cineribus civitatis in Aeliam suscitata est. Item Dio: Hierosolymam (inquit) pridem everfam, rursus jussit habitari Adrianus, atq; urbem Aeliam capitulinam appellavit. Divus Epiphanius, in libro de mensuris: Reperit (inquit) Adrianus civitatem Jerusalem totam solo æquatam, & templum conculcatum, exceptis paucis domibus &c. Et infra; itaq; animo versat extruere urbem, non tamen templum & adeptus Aquilam, constituit ipsum illic operarum extruenda urbis præfectum. Imposuit autem urbi proprium suum nomen, & Aeliam nominavit &c. Calvarie mons extra civitatem erat, Adrianus vero urbis muro illum conclusit, ut auctor ille testatur, qui de locis Actorum Apostolorum scripsit, cujus opus inter opera D. Hieronym. fertur Jerusalem (inquit) nunc ab Aelio Adriano Cesare, quod eam à Tito destructam latiore situ instauravit, Aelia cognominata est. Cujus opere factum, est ut loca sancta, id est, Dominicæ passionis, & resurrectionis, sed & inventionis sanctæ crucis, quondam extra urbem jacentia, nunc ejusdem urbis muro cir-

cum-



ECLOG. AD EVANG. DOM. X. POST TRINITAT.

cum dextur. Ausus etiam fuit restaurare Hierosolimam JULIANUS Apostata ita enim epistola XXV. ad Judæos p. m. 154. edit. Petavii: *Id vos imprimis curare atque contendere debetis, quo & ipso Bello Persico ex animi sententia gesto, sanctam urbem Hierusalem quam multos jam annos habitatam desideratis meis laboribus re-  
fectam incolam & una vobiscum in eâ optimo Deo gratias agam.* Frustraneos autem conatus fuisse refert Lib. III. Hist. Eccles. c. XX. f. 292. *Alio præterea modo Imperator Christianis nocere cupiens, superstitionem suam prodidit. Nam cum deditus esset sacrificiis, non solum ipse hostiarum cruore delectabatur; sed nisi idem quo-  
que alii facerent, damno se affici existimabat. Quoniam vero paucos admodum ejusmodi homines reperiebat, Judæos ad se accersit, & ex iis sciscitatur, qua de  
caussa cum lex Mosis sacrificare eos jubeat, à sacris faciendis abstinerent. Cumq;  
illi respondissent, alibi quam Jerosolymis templum potius instaurari jubet. Ipse in-  
terim ad bellum contra Persas proficiscitur. At Judæi, qui quam pridem opta-  
bant, ut opportunum sibi tempus obtingeret quo templum ipsis ad sacrificandum re-  
stitueretur, tum alacres in opus illud incubuerunt, tum adversus Christianos inso-  
lentiâ elati, formidabiles se ostenderunt, minantes se tanta, mala iis allaturos esse,  
quanta ipsi olim à Romanis perpesi fuissent. Igitur cum Imperator sumtus operi  
præberi ex publico jusisset, brevi parata sunt omnia: materia scilicet, lapides, late-  
res cocti, argilla, calx, & quæcunque alia ad ædificandum necessaria. Quo quidem  
tempore Cyrillus Jerosolymorum Episcopus, memor Vaticinii Danielis Propheeta,  
quod Christus etiam in sacris Evangeliiis confirmavit, palam multis adstantibus  
predixit, futurum brevi, ut in eo templo Lapis super lapidem nõ maneret, sed Servator-  
is oraculum compleretur: Cumq; hac dixisset Episcopus, noctu ingens terra motus  
exortus, lapides ex veteribus templi fundamentis avulsos sursum excussit, & cunctos  
una cum contiguis ædificiis disperfit. Terror ex eo non mediocris, invasit Judæos; fa-  
maque ejus miraculi plures exciti, ex regionibus ad eum locum convenere.  
Cum igitur quamplurimi adessent, aliud denuò prodigium accidit. Ignis enim  
coelitus missus cuncta Opificum instrumenta consumpsit. Itaque cernere erat malleos  
scalpra, ferros, secures, ascias; cuncta denique ad opus faciendum necessaria, flam-  
mis absumi. Et ignis quidem toto die hæc omnia depascebatur. Judæi verò ingenti  
timore perculsi, etiam inviti Christum Deum esse confessi sunt. Nec tamen manda-  
to ejus paruerunt: sed legis suæ opinione præoccupati, in pristino errore persevera-  
verunt. Nam neque tertium miraculum quod postea factum est, ad veritatis si-  
dem eos traduxit. Quippe sequenti nocte signa crucis radiantia in illorum vesti-  
bus impressa apparuerunt. Quæ orto mox die conspicati, cum abstergere & elue-  
re conarentur, nullo modo potuerunt. Obcatati sunt igitur, ut ait Apostolus, &  
bonum quod habebant in manibus projecerunt. Ad hunc modum templum quod  
reficere moliebantur, contra funditus eversum est.*



05 A 2487

ULB Halle 3  
004 545 249



5b


V077











B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

59 (ZA)

ANGELICA  
E. DOM. X.  
NITAT.

SIDIO  
MAYERI,  
ROF. P. ALU-  
EPHORI ET TEM-  
S, SUBSTITUTI

*tioni subjiciet*  
ARDUS ÜBELIUS,  
Francus.

Auditor. Theol.  
Q. C.

ERGÆ,  
CKELIUS, Acad. Typogr.  
LXXXVI.

